

CORTEX AURANTIORUM CONDITUS.

CORTICES aurantium Hispalensium recentes in aquâ sæpius mutatâ macera, ut amaritudinem dimittant; tum coque cum saccharo purissimo aquâ liquato, donec teneri & pellucidi fiant.

EODEM modo condiuntur Limonum cortices.

S U C C I.

SUCCI SCORBUTICI.

℞. Succus Cochleariæ hortenſis M. libras duas,
Becabungæ,
Nasturtii aquatici, singulorum M. libram unam,
Aurantiorum Hispalensium M. uncias viginti.

MISCE, &, postquam faeces subsederint, effunde, vel cola.

ROB BACCARUM SAMBUCI.

SUCCUS baccarum sambuci defæcatus leni igne inspissetur.

ELATERIUM.

CUCUMERES agrestes maturos scinde, & succum levissimè expressum trajice per setaceum tenuissimum in vas vitreatum; deinde per aliquot horas sepone, donec crassiorem partem deposuerit. Pars tenuior supernatans effundatur

tur

tur vasis inclinatione, &, quod reliquum erit, filtrando separetur. Crassio rem verò partem, quæ restat, panno linteo coopertam soli, vel alii leni calori expone, donec exaruerit.

EXTRACTA,

et

RESINÆ.

EXTRACTA.

RADICUM Enulæ campanæ,

Gentianæ,

Hellebori nigri;

FOLIORUM Rutæ,

Sabinæ.

IN aquâ coque, exprimendo cola, & sепone, ut fæces subsidant; deinde in pilularum crassitudinem decoque, circa finem cautè evitato empyreumate.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

GLYCYRRHIZAM recentem in aquâ leviter coque, aquam exprimendo cola, & postquam fæces subsederint, decoque, donec digitis non cohærescat, circa finem cautè evitato empyreumate.

EX-